



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 27. Sancti Antonini reliquiæ translati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

qui tum Hugo Verdalius vocabatur, Sæcul. XVI.
missus fuit Beccaria eques, ut coram A.C. 1589.
de rerum statu cognosceret, & si quid
ad res Turcarum turbandas ex hac occa-
sione lucrari possent, pertentatis Afro-
rum voluntatibus, ac opibus diligenter
inspiceret: interim Assan prætoriano-
rum Præfectus majore seditionis
parte classi imposita, Syria omissa in
Africam descendit, ubi tandem Mau-
ros tum minis, tum astu, ac dexterite-
tate sua ad obsequium revocabat: qua-
propter Eques ab Ordinis Magistro de-
cretus re infecta reverti cogebatur.

Hoc item anno idem supremus Magister Jacobo Bosio negotium dabat, ut Ordinis Melitensis historiam jam a Joannis Antonii Fossani regimine inchoata prosequeretur: hic enim praeceteris omnibus ad concinnandam ejusmodi historiam idoneus erat, eo quod longo admodum tempore ipius hujus ordinis negotia Romæ procurasset.

§. XXVII.

Sancti Antonini reliquiae translatæ.

Huic anno tandem finem imponimus *Bolland. ad
recensentes solemnitatem Floren- 7. Maji
tiæ celebratam, dum transferebatur p. 357. in
Corpus sancti Antonini, qui erat ex Or- 767.
dine sancti Dominici Religiosus, ejus-
demque Urbis Archiepiscopus, atque*

D 2 anno

Sæcul. XVI. anno salutis nostræ millesimo quadrin-
A.C. 1589. gentesimo quinquagesimo nono fatis
functus, ac ab Adriano VI. sanctorum
fastis inscriptus, quamvis postea pri-
mum Clemens VII. hujus Canonisatio-
nis diploma Mense Novembri anno pos-
Christum natum millesimo quingente-
simo vigesimo tertio promulgasset. E-
quidem jam dudum de transferendis
hujus Sancti Reliquiis agebatur, ea ta-
men solemnitas semper usque ad hunc
annum Domini millesimum quingente-
simum octogesimum nonum differeba-
tur, quo Sixtus V. rem die nona Maii
cum ingenti pompa perfecerat, nam
concurrebant ex Cardinalibus, atque
Episcopis quamplurimi: intererat quo-
que tota Magni Etruriæ Ducis aula;
necnon Oratores omnium Principum,
qui hanc festivitatem celebrare certa-
bant: itaque hujus sancti Corpus, cu-
jus omnes partes, excepto cerebro, &
visceribus, adhuc penitus integræ re-
periebantur, in novam arcam re-
condebatur subtus Altare cuiusdam
magnifici facelli, quod in hujus sancti
venerationem in Ecclesia sancti Marci
Ordinis sancti Dominici Everhardus, &
Antonius Salviatus duo germani Fra-
tres non ita pridem extrui curarunt,
quibus etiam Pontificio diplomate spe-
ciatim hac de re concessò pretiosi hu-
jus

ius pignoris custodia fuit demandata : Sæcul. XVI.
A. C. 1590.
 fertur tamen , jam prius quasdam ab
 hoc corpore particulas fuisse separatas ,
 si tamen genuinæ sunt hujus sancti Re-
 liquiæ , quæ sub ejus nomine Monaste-
 rii in Ecclesia Jesuitarum exhibentur .

§. XXVIII.

*Lucemburgicus Dux Romam ingres-
 sus , ac cum Papa collocutus .*

Interea cum Fœderati in Francia fese *Thu. l. 98.
 Davil. hist.
 des guerr.
 civil. de
 France l. II.*
 Regis victoriis opponerent , Franci-
 cus Luxemburgicus , quem Henricus
 IV. Pontificis mentem hac super re ex-
 ploratum Romam miserat , octava Ja-
 nuarii die anno redemptionis nostræ
 millesimo quingentesimo nonagesimo
 ibidem advenit , atque in primo , ad
 quod admissus erat , colloquio Sanctitati
 suæ hæc exposuit : „A regiæ prosapiæ
 „Principibus , tribunis equitum , aliis-
 „que primariis Regis ministris , ac Re-
 „gni Proceribus Catholicis delegatus
 „sum , ut suæ sanctitatis pedes deoscu-
 „larer , eique tanquam summo Pontifici ,
 „Christi in terris Vicario , & beati Petri
 „successori pia , & humili devotione
 „debitos honores deferrem , simulque
 „mandata mea aperirem , quæ eo ten-
 „dunt , ut Sanctitas sua intelligeret , qui-
 „bus rationibus industi illi , a quibus
 „missus sum , Henricum Borbonum in

D 3

Regem